intra vel extra Regnum seruato Melioratione, ad munimenta ad Evictorem vel alijs quibusvis dilationibus, allegationibus, impedimentis, non differendo ad quietationem praetera ultra primos officij praefati Castrensis Capitanealis Premisliensis terminos dilationem sibi non recipiendo, nullasque motiones appellationesque ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia praemissis simplicibus vel implicitis exceptionibus, suspensionibus, [illegible] Iuris, praescriptione Terrestri, bellorum, conventionibus, ac alijs omnibus Iuris remedijs, et defensis non satisfaciendo, nec modo aliquo quouis evadendo, his suis praesentibus personalibus recognitionibus ad praemissa omnia [illegible].

Szomowski Giergat quietat

708 Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Generosus Alexander Szomowski, sanus mente et corpore existens, a Terrestribus districtibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedens, praesentibus vero Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando et subijciendo palam libere publiceque et expresse fassus est et recognovit. Quia ipse Honestum Stanislaum Giergat, Colonum villae Tyrchowice haeredem cumque posteros, nec non Laboriosum Lucka Kowal de villa Zdrochowice, alias Laboriosi Hrehorij Szozarski posteros ac successores de villa praefata Tyrchowice subditos aut possessores praefatae villae

villae Złotkowice de Causa et Actione officiarias se Recognoscens eiusdem tam in principali negotio ratione sui, sine ulla causa seu occasione tempore in praesenti expresso conventionis et consentationis, quam Ratione scriptionis eiusdem in inculpatorum subcriptam ad officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense in principali et universali. Nec non de quibuscunque processibus vertentis in quovis puncto et gradu Juris de praesenti, ac potius Bannitionis in officio praesenti feria tertia post festum Conversionis Sancti Pauli Apostoli [illegible] obtenti eiusque publicatione ob plenariam et sufficientem sibi propriam satisfactionem quietat emittit dimittit, liberosque ac absolutos facit et perpetuo pronunciat. Causas easque et Actiones Judiciarias cum omnibus illis contentis in toto et per omnia cum omni processu antecedenti et subsequenti Scilicet potius Bannitionis et eius publicationem in toto et per omnia cassat mortificat ac annihilat sibi suisque posteris perpetuum imponendo silentium.

Mnisiek Testamentum roborat.

Comparens personaliter Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Generosus Petrus Paulus a Batorin Mnizek Notarius Terrestris Premisliensis sanus mente et corpore existens a Terris districtibus Jurisdictionibus suis quibuscunque propriis et Competentibus recedendo. Sanctam Venerabilem Castrensem Capitaneam Premisliensem 109